Quelle: http://manuscripta.at/?ID=5233
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)



28

solus. Et benedicat nomen maiestatis eius in eternum
et replebitur maiestate eius omnis terra fiat fiat. Ps.
Quam bonus israel deus: his qui recto 129
sunt corde. Mei autem pene moti sunt
pedes pene effusi sunt gressus mei. Quia zela-
ui super iniquos pacem peccatorum uidens. Quia non est
respectus morti eorum: et firmamentum in plaga eorum.
In labore hominum non sunt: et cum hominibus non flagella-
buntur. Ideo tenuerunt eos superbia: operti sunt iniquitate
et impietate sua. Prodiuit quasi ex adipe iniquitas
eorum: transierunt in affectum cordis. Cogitauerunt
et locuti sunt nequam: iniquitatem in excelso locuti sunt.
Posuerunt in celum os suum: et lingua eorum transiuit in terra.
Ideo conuertetur populus meus hic: et dies plenos inuenient
in eis. Et dixerunt quomodo nouit deus: et si est scientia in ex-
celso. Ecce ipsi peccatores et habundantes in seculo
obtinuerunt diuitias. Et dixi ergo sunt me etiam iustificauit
cor meum: et lauui inter innocentes manus meas. Et fui
flagellatus tota die: et castigatio mea in matutinis. Si
dicebam narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum re-
probaui. Et existimabam ut cognoscerem: hic labor
est ante me. Donec intrem in sanctuarium dei: et intelligam
in nouissimis eorum. Verumtamen propter dolos posuisti eis
deiecisti eos dum allenarentur. Quomodo facti sunt in deso-
lationem: subito defecerunt. Sicut somnium surgentium: domine in ciuitate tua ymaginem ipsorum ad nihilum
redigis. Quia inflamatus est cor meum: et renes

subito defecerunt